

monium, et Euidenciam firmiorem, predicti domini, Nidrosiensis Archiepiscopus, Bergensis episcopus, et procuratores Capitulorum predictorum, nidrosiensis et Bergensis ecclesiarum, Halwardus arnonis, Canonicus nidrosiensis, Et Hamarensis Ecclesiarum et Audfinnus sigwardi, Canonicus Bergensis, sua sigilla, duxerunt presentibus apponenda.

På frånsidan: Compromissio in archiepiscopum vpsalensem nicolaum super quadam controuersia archiepiscopi nidrosiensis et aliorum.

Sigillen: N:o 1, 2, 4 skadade; N:o 3 saknas.

1850.

1312 d. 22 Maj.

Bollnäs.

Prosten INGEMUND i Bollnäs testamenterar ett halft markland jord i Ingelsta i Närtuna socken till Upsala kyrkobyggnad, med vilkor att han får begrafvas i Jungfru Marias chor i nämnda domkyrka, samt gifver derjemte åtskillig lös och fast egendom till kyrkor och slätningar m. m.

Orig. på perg. i Kongl. Bibl.

JN Nomine Domini Amen, Anno incarnationis eiusdem, Millesimo, CCC^o, duodecimo, vndecimo kalendas junij, Ego JNGIMUNDUS prepositus in boldanæs licet corporis debilitate nimium pregrauatus, mentis tamen per dei gratiam compos et adhuc sano vicens intellectu, Testamentum meum facio, condo, et ordino in hunc modum, Jn primis matrem meam et sororem instituo heredes legitimos in omnibus bonis meis, jta quod si altera premoriatur ante aditionem hereditatis, alteram superstitem earum instituo heredem, Jn primis ad fabricam ecclesie vpsalensis, do, lego, dimidiam marcham terre in jngulstum parochie Nyerdhatunum, si canonici vpsalenses corpus meum ad vpsalensem ecclesiam voluerint transferre et in choro beate virginis sepeliri, Jtem ecclesie Nyerdhatunum lego vnum solidum terre in eadem villa jngulstum, Domino byrgero consobriano meo, sedecim marchas denariorum, pro quibus inpignoro sibi VIII solidos terre in valudali, jta, quod nisi heredes mej soluerint sibi dictas XVI marchas denariorum infra annum, extunc idem dominus byrgerus habeat illos VIII solidos terre, perpetuo possidendos, jtem lego ketillo in valudalum consobriano meo III marchas denariorum, vlphoni de vtthambrum capucium brunaticum cum mardalinis et vnam equam, quam eligere voluerit de curia mea Terwi, jtem Nicolao eskilli vel sue vxori lego IIII talenta annone et .I. talentum siliginis, jtem volo, quod heredes mei in die sepulture mee in ecclesia vpsalensi dent cuilibet choralis sacerdoti vnam oram pro missis dicendis in remedium anime mee, similiter in septimo, et in triscesimo, et in anni-

anniuersario sepulture mee, jtem campanario qualibet vice vnam oram, Pro hiis soluendis et pro soluendo legato, ketillo supradicto, obligo vnam oram terre cum dimidio solido in mædalhambri, jta, quod heredes mej dictam oram cum dimidio solido resoluant, jtem ecclesie de baldanes lego III vacas, III sues antiquas et III vnus anni, quas lucratus sum in baldanes, jtem domino meo archiepiscopo pullidrum meum rubeum, quamuis sit macer, jtem jngvaro nepoti meo ambulatorem meum cum scella et freno, et lectum meum in quo jaceo, item neptibus meis tunicam blauiam cum sorcocio forrato cum variis pellibus et capucium de eodem, jtem eidem ingvaro lego decretales meas, et institutam cum omnibus aliis libris meis minutis, jtem domino gotscalco vicario meo baldanes tunicam cum forratura, jtem anundo procuratori meo equm rubeum cum scella et freno, jtem thorulpho campanario meo, qui mihi fideliter seruiuerat, II talenta annone, jtem petro aurifabro XII modios annone, Supradicta autem predia mea, legata et pro legatis exposita, omnia sunt per me lucrata et iusto tytulo acquisita, Hanc igitur mej testamenti seu cuiuslibet alterius generis, siue extreme voluntatis meam volo esse vltimam voluntatem, vt si iura testamenti valere non possint, valeat tanquam iure codicillorum seu iure alterius vltime voluntatis, Exequutores autem huius mej testamenti seu huiusmodi mee vltime voluntatis, facio, constituo et ordino venerabiles viros Dominos johannem de ræsbohundæri et Magfstrum Nicolaum de tyerp canonicos vpsalenses, vt ipsi omnia et singula supradicta libere exequantur, sicut saluti anime viderint expedire, Do eciam supradictis exequutoribus meis liberam potestatem vendendi, distrahendi, et quolibet alio modo ordinandi, seu commutandi omnia predia pro legatis per me exposita, preter dimidiam marcham terre ecclesie vpsalensi legatam, et preter octo solidos terre domino byrgero pro legato inpignoratos, que sub condicionibus prius appositis esse volo, Huic autem mee ordinacioni presentes interfuerunt infrascripti viri ad hoc specialiter vocati, videlicet, Olauus legifer, siggo et laurencius tutores ecclesie Thronder a næsi, sigus a hedhi, olaus haquini, et Thorulphus campanarius, Jn horum autem omnium euidenciam plenioram, quia sigillum proprium non habeo, sigilla Exequutorum meorum dominorum johannis et nicolai canonicorum presentibus peto apponi, jnsuper sigilla Dominorum, johannis de forsum in sundædhi, andree de særistadhum, johannis de alpta, et johannis de suderalum presenti scripto sunt appensa, Actum baldanes anno et die supradictis.

På fränsidan: Testamentum ingimundi prepositi in quo legatur Ecclesie vpsalensi dimidia marca in ingilstum parochia nærdathunum.

Sigillen N:o 1—4, 6 finnas, skadade; N:o 5 bortfallet.